



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

294. Item de rapacibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Toletani Concilij capitulum septimum, ad quem pertinere noscuntur illi qui talia contra Deum & Ecclesiæ pacem faciunt, si eos quolibet munere vel favore aut neglegentia \* admonere aut excommunicare distulerit, ut aut revertentes suscipiat, aut contemnentes de Ecclesia eiciat, excommunicatus à collegio ceterorum habebitur quousque emendatio nis vel damnationis eorum ab eo sententia promulgetur. Quoniam nisi communiter ceteraverimus ut in omnibus justitia conservetur, nec Rex pater patriæ, nec Episcopi propitiatores & reconciliatores populi, nec qui participatione nominis Christi Christiani vocamur, hoc quod humano ore dicimur in divinis oculis esse valemus.

Item de rapacibus. *Ex Concilio Mogonciacensi.*

CCXCIV. Quisquis fastu superbiae elatus domum Dei dicit contemptibilem, & possessiones Deo sacratas atque ad honorem Dei sub regiae immunitatis defensione constitutas inhonestè tractaverit, vel infringere præsumperit, aut incendia vel vastationes ausu temerario perpetraverit, quasi invasor & violator Ecclesiæ Dei, quæ est domus Dei vivi, à communione omnium fidelium abscidatur. Decet etiam ut indignationem Domini Regis sentiat, cuius benevolentia contempsor & constitutionis prævaricator extitit.

Capitula Kar.  
Calvi Tit. 29.  
tag. 277.

\* In Capitu-  
lis Karoli  
Calvi, adm.  
noluerit, ut  
autrev.

Concil. Mo-  
gunt. sub  
Rhab. c. 6.  
Burchard. lib.  
II, c. 23.